

In epossum.
Hieb 11,
1. Tim. 1.

Baruc. 3.
Guilelm.
Tarrhisi.

Fides hoi
est nacta
ria.

1. Cor. 10.

Thomas.

Schilia
eueniet
eres de
tradun
tur.

Hoc Tho
mas dicit
& hodie
locum ha
bet.

capitulu. 5.

Supnatura
lia necesse
sua crede
da propo
nere.

Debet ho
nostrum
mortalia
curare, ac
sapere.

Simoni
des.

In contrarium est, quod ad Hebraeos ait Apollolus. Sine fide impossibile est Deo placere. Atque ad Timotheum. Omnis scientia diuinitus inspirata, ut ille est ad docendum, ad arguendum, & item quod ait Baruch, Non est, qui possit scire viam eius.

Ad hanc questionem rident diffuse Guilelmus Parrhisiensis in libro de fide, & legibus, inter cetera dicens, quod creator omnipotens requirit a rationali creatura, vt ipsa se suo creatori perfecte subiciat, mactet, sacrificet, redigendo intellectum naturale, ac proprium in captiuitatem, in obsequium Christi; quod fit per hoc, quod intuitu diuine auctoritatis prabet summum assensum his, quae nequaquam comprehendere valet, quod ei etiam valde meritorium est. Hae Guilel.

Denique Thomas primo libro Summae contra gentiles primo ordit, quod etiam valde expedies fit, vt ea quae, quae naturaliter esse queant cognosci, credenda tradantur hominibus: quia si talia solummodo relinquerentur hominibus inquirenda, duplex inconueniens sequeretur. Primum, quod paucis hominibus inesse talium vera cognitio, eo quod plurimi a talium studiosa inquisitione impediuntur, vel habitudine intellectus, vel occupatione externa circa necessaria vitae, vel pigritia, seu occupatione iniqua. Secundo, dum inconueniens est, quod illi, qui ad talium diuinitum cognitionem propria inquisitione, vel aliorum informatione pertingerent, non nisi laboriose, & tarde peruenirent ad eam, cum multa praerogantur ad talia intelligenda. Tertium est, quod eorum cognitioni frequenter errores, & dubietas miserentur, & intellectus debilitate, & phantasma tum admixtione, sicut videmus philosophis contigisse. Sicque simplices videntes inter maiores, & doctiores esse opinionum diuersitates, ambigerent cui potius assentirent. Inter multa quoque vera, quae demonstrantur, miscetur, aliquando aliquid falsi, quod non nisi probabiliter, aut sophistica ratione asseritur, quae interdum demonstratio reputatur. Idcirco oportuit per viam fidei, fixam certitudinem, & puram veritatem de huiusmodi rebus diuinis, hominibus exhiberi. Hae Thomas, qui eodem libro consequenter declarat, quod & ea, quae naturalium rationem prorsus excedunt, oportuit hominibus ad credendum proponi: quoniam homo ad supernaturalia ordinatur, & ad supernaturalem beatitudinem est creatus: ad quam nec pertinere, nec eam appetere, neque ad eam conari posset, nisi aliquo modo innotesceret ei. Est istud praecipue religioni competit Christianae, quae singulariter beneficia spiritualia, & aeterna promittit. Porro lex vetus, quae temporalia promissa habebat, pauca rationem excedentia proponebat. Sic & philosophis cura fuit, vt homines a sensibilibus delectationibus ad honestatem perducerent, ostendendo esse alia bona his meliora: quorum gustu multo satius, qui vacant actiuis, vel contemplatiuis virtutibus, delectantur. Expedit etiam istud ad representationem praesulum pionis quorundam, qui tantum de suo praesulum ingenio, vt totam rerum naturam, se reputent suo intellectu posse metiri, putates verum esse quicquid eis videtur: & falsum, quicquid eis non videtur. Iterum expedit istud, ad reprobandum eorum errorem, qui dixerunt hominem mortalem non nisi mortalia, & humana debere sapere, & curare: quorum vnus fuit Simonides, contra quem decimo Ethicorum docet Philosophus, quod homo debet per se pro viribus ad immortalia, & diuina erigere. Vndecimo quoque de animalibus, ait:

Quod quamuis parum sit, quod de substantijs superioribus percipimus, magis tamen hoc modicum est amatum, & optatum omni cognitione, quam de inferioribus habemus substantijs. Sic & in secundo de caelo, & mundo, testatur, quod de corporibus caelestibus, quaestiones poterunt solui parua, ac topica solutione, contingit auditori, vt uhemens sit gaudium eius. Ex quibus omnibus conat, quod de rebus nobilissimis quantumcunque imperfecta cognitio, magnam perfectionem animae confert. Ideo quamuis ea, quae supra rationem sunt, ratio humana plene capere nequeat, tamen multum perfectionis ei acquirunt, si ea saltem qualitercunque teneat fide. Hae Thomas, qui in prima parte Summae suae, & in Scripto primo libri tractat, dicens in Scripto. Omnes qui recte senserunt, profuerunt finem vitae humanae Dei contemplatione. Contemplatio autem Dei est duplex. Vna per creaturas, quae est imperfecta, quia creatura est effectus non proportionatus creatori, sed distans ab eo in finitum. Idcirco ducit in cognitionem Dei imperfecte, in qua Philosophus felicitatem contemplatiuae constituit, quae tamen felicitas est via, atque ad hanc ordinatur tota cognitio philosophica, ex rationibus, & considerationibus creaturarum procedens. Alia est contemplatio Dei, quae immEDIATE vt per sua essentiam, quae contemplatio est perfecta, & habet in patria, estque possibilis homini, secundum fidei suppositionem. Vnde oportet, vt ea, quae sunt ad finem, proportionentur fini. Sicque homo in statu viae ad illam beatitudinem manuatur, non per cognitionem ex creaturis sumpta, sed ex diuino lumine inspirata, & haec est doctrina theologiae. Cuius est, omnibus alijs scientijs imperare, & eis in suum obsequium vt. Hae Thomas.

Et idem Richardus, addens quod theologia ista supernaturalis cognitio, efficacia accendit affectum nostrum diuino amore: quonia plenius docet nos de charitate, pietate & liberalitate Dei ad nos, & de beneficijs, ac promissis ipsius, & quod philosophi quantumcunque excellentes ingenij, qui non fuerunt supernaturaliter illuminati, nunquam cognouerunt, nec possuerunt beatitudinem veram, & plenam, quo signo constat, quod cognitio illius beatitudinis est homini supernaturalis.

Porro Aegidius tangit tres causas vilitatis seu necessitatis huius supernaturalis theologiae, quas Thomas assignat. Dicit tunc, quod in istis causis tribus solum consideratur id, quod est per accidens, & dimittit quod est per se. Nam questio est de ipsa theologia in se, an superflua sit vel necessaria: & non est questio de ipsa per comparationem ad nos, vel ad tradentes scientiam. Idcirco, inquit, dicendum quod theologia ista necessaria est, non superflua: quoniam docet ea, ad quae cognoscenda aliae scientiae se non valent extendere.

Ad quae verba Aegidij est dicendum, quod S. Thomas de hac questione optime scripsit, nec dimisit quod est per se: quia vt patuit iam ex verbis ipsius, ipse idcirco scripsit theologiae hanc nobis necessariam esse, quod de supernaturali fine, & vera beatitudine, & de Deo ipsa sufficienter nos instruit in hac vita, quod aliae scientiae facere nequeuerunt. Insuper, in moralibus, ac naturalibus necessariam dicitur vno etiam precipuo modo per respectum ad finem, quemadmodum necesse est hominem habere fidem, & charitatem, si consequatur salutem, & hoc modo necessaria est homini theologia. Alio modo simpliciter, vt hominem esse animal. Causa demum, quae assignat Aegidius, non videtur nisi vnum, & idem assigna-

Aristot.
dub. xxiij.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Thomas
i scripto
& in sum
ma

humanae
vitae finis
Dei est eo
templatio

Felicitas
philosofica
quoque
placatur.

Richardus
theologia
efficacia
affectum
charitatis
accendit.

Aegidius

Dionysius
contra Ae
gidium

Necessitas
in morali
bus ex fi
ne sumit
tur.